Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



conturbata sunt anima mea in ira tua me meor eris ℣ Dos abibano venter et lens dulcore umbroso et condenso ℣ Quia celos magestas eius et laudis eius plena est terra Deinde O eius a quo et rudas Ante incena dni Ad ista coll no dr Dns nobiscum nec flectamus genua sed cum orem Deinde lesatur lcn subscripta a subdiacono cum manipulo absque titulo quam non ut epistolam sed ut aliam lectionem lesat Lectio

Dixit dns ad moysen et aaron in terra egypti Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni Loquimini ad universum cetum filiorum israel et dicite illis Decima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias suas et domos Si autem minor est numerus ut non sufficere possit ad vescendum agnum assumet vicinum suum qui conjunctus est domui sue juxta numerum animarum que sufficere possunt ad esum agni Erit autem agnus absque macula masculus anniculus Juxta quem ritum sumetis et hedum et servabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis hujus immolabitque eum universa multitudo filiorum israel ad vesperam et sumentes de sanguine ponent super utrumque postem et in superliminaribus domorum in quibus comedent illum Et edent carnes nocte illa assas igni et azimos panes cum lactucis agrestibus Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua sed assum tantum igni Caput cum pedibus eius et intestinis et vorabitis nec remanebit ex eo quicquam usque mane Si quid residuum fuerit igne comburetis Sic autem comedetis illum Lenes vestros accinetis calciamenta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus et comedetis festinantes Est enim phase id est transitus dni ℣ Hac finita lectione sequat tract sequens et carent alleluia

Eripe me dne ab homine malo a viro iniquo libera me ℣ Qui cogitaverunt malitias in corde tota die constituebant pha ℣ Acuerunt linguas suas